

LXIV. SIBRIVM (*Seprio*) et pagi vicini a lacu Varesio ad Saronnum.

Ad Castellum Seprii necesse est vicus fuerit Mediolaniensium celeberrimus, ad quem spectare videtur quod inter Novariam et Comum recensetur apud solum Ravennatem 4, 30 *Sibrium*. Inscriptiones loci nomen nullum habent nisi quod in titulo n. 5604 reperto in proximo inde pago Albizzate nominantur *Montunates vicani*. Nos hic edimus titulos repositos in pagis ad meridiem lacus Varesiensis Cazzago, Daverio, Azzate,

Caidate, item circa Seprium Morazzone, Castiglione, Venegono superiore, Gornato inferiore, Albizzate, Carnago, Cairate, Tradate, Abbiate Guazzone, Carbonate et paullo infra Lomazzi, Gerenzani, Saronni. Praeter n. 5600 Comensis hominis omnia publica, quae in his deprehenduntur, ad Mediolanum apte referuntur.

5589 Cactiaci [= Cazzago] in margine lacus.

TAVIO T F SIM /
ONTCONRTAVI
VS SVRVS RAP
/IE/PIF/IVIRIX
5 IESALV/ ET
SIBI /

Bon. Castillioneus 1541 p. 64 (inde Grut. 369, 7).

5590 Daverii in aede D. Petri IOV. Daverii ALC.

MERCVRIO
V · S · L · M
C · ANTONIVS
MAXIMVS

Iovius in add. f. 71b. Inde opinor reliqui: Alciatus l. 2 f. 51; Pighius cod. Ber. f. 205; Bon. Castillioneus 1541 p. 83; Grut. 51, 7 ex Castillioneo et Alciato; Borsieri l. 2 inscr. 15 ex Iovio et Turriano; Mur. 1981, 6 per Argelatum ex Iovio; Aldini n. 14; Monti n. 19.

Quoniam Cantonii per multos annos degebant Daverii, titulum in suspicionem vocat Montius non recte.

5591 apud Daverium in aede D. Petri IOV.; Daverii ante fores templi in lapide duas in partes fracto CAST. — Romae MUR. errore.

V · F
SEX · ATILIVS
SILENVS
C · ATILIVS
5 L · F · POLLIO

Bon. Castillioneus 1541 p. 84, 85 (inde Grut. 902, 11. 12 et per Puccinellium Malvasia p. 244, ex hoc Mur. 1639, 4). Solum v. 3 habet Iovius f. 71a (inde Alciatus l. 2 f. 51; Grut. 1014, 9 ex Alciato; Donat. 55, 12 ex Zaccaria; Aldini n. 26; Monti n. 32).

Utrumque fragmentum superesse ex eodem lapide non plane certum est. Vv. divisio nulla traditur.

5592 antea in Colle S. Quirici in ecclesia prope Azzatum, deinde Casbeni apud marchiones Recalcatos SORM.

HIC REQUIESCIT IN PACE
AGNELLVS PRIOR VI
CISTATVNI QVI VIXET
IN SECVLO ISTO
5 ANN PL5 M5 LXXX
DP EST SVD S5 ID APRI5 LIC....

Sormanus in descr. plebis Varisiensis c. XXXIII (inde Giulini ms. et Allegranza p. 19).

Fortasse non huius aetatis.

5593 Caidati in marmore Pario CAST.

HERCVLI
INVICTO
DEO
CVLTORES
5 V · S · L · M

Castillioneus 1541 p. 36. Inde reliqui: Alciatus in add. cod. Dresd. l. 2 f. 105; Pighius cod. Berol. f. 33; Grut. 46, 12 ex Castillioneo; Borsieri l. 2 inscr. 13 ex Castillioneo et Turriano.

5 V · SS · L · M traditur.

5594 Morasentii in fani pariete CAST. Morazzone in pariete ecclesiae S. Mariae Magdaleneae litteris inversis SORM. Frustra quaesivi. — In Carroni oppido ALC., errore opinor.

VETERANI · LE
IOVI · V · S · L · M
CORNELIO · L · F
M · ASINIO · AV
a. p. Chr. 25 ?

Castillioneus apud Alciatum in add. cod. Dresd. l. 2 f. 76 melius quam in ed. p. 59 (inde Borsieri l. 1 inscr. 9, ex Torriello ut ait); Sormanus apud Giulinium ms.

Secutus sum exemplum scriptum; in ed. non est nisi VETERANI LEGI.... (LEG. . . Bors.) IOVI V · S · S · L · M. Sormanus non habet nisi duo verba IOVI CORNELIVS. — 2. 3 quae dantur inclinatis, postea adiecit Alciatus. — 3. 4 videntur nominari consules a. p. Chr. 25 Cossus Cornelius Lentulus et M. Asinius Agrippa.

5595 tituli duo scripti in lapidibus duobus eiusdem magnitudinis iisdemque litteris optimis et magnis. Morasentii (Muracione ALC.; intellegitur vicus Morazzone) in aede sacra CAST. ALC. MER. Ex aede S. Mariae Magdaleneae extractos esse a. 1813 et translatos in parochialem mihi Morazzonenses rettulerunt. Nunc in hac ecclesia.

L · SENTIVS · L · F · OVF
NIGER · SIGNIF
LEG · III · SCYTICAE
HIC · NATVS · HIC · SITVS · EST

M · SENTIVS · L · F · OVF
MACER · VETERAN
LEG · III SCYTICAE
SIBI · ET · FRATRI · SVO

5 V · F

Contuli. Alciatus in add. cod. Dresd. l. 2 f. 74 (Sax.); Gaud. Merula 1538 p. 50; Castillioneus 1541 p. 56. Ab his pendent Ligorius ms. Taur. 5; Scardeonius Patav. (1560) p. 42, qui non affert nisi secundum epigramma; Pighius cod. Berol. f. 203; Grut. 561, 2 ex Merula et Castillioneo; Orelli 3482. Ex lapide Biondellius ms.